

**6774** Biellae rep. a. 1872 nel compiere l'opera di demolizione dell' antico duomo.

IOVI  
O·M·V·S·L·I...  
C · PVBLICIVS  
CRESCENS

Iohannes Masserano misit.

**6775** Biellae rep. in un sotterraneo vicino alla chiesa cattedrale di S. Maria Maggiore e S. Stefano, collocata in un muro della canonica MULLATERRA. Vetustam eam domum aliquot annis abhinc deiectam esse lapidemque tum periisse videri ad me scripsit, qui eum mea causa investigavit, Ludovicus BALLIANUS Verrellensis.

TORI  
VI · VIR · MA:  
AVGVSTALIS

Mullaterra Biella (1778) p. 7 (inde Promis Torino p. 263 n. 82b; Bruzza Verc. p. 77), Qui adnotavit carmina Biellae edita a. 1804 quid de hoc lapide dixerit, attulimus ad n. 6773.

2. 3 ma[g(ister)] Augustalis proposuit Bruzza probabiliter.

**6776** Biellae rep. est a. 1791, quo tempore factum est sepulcrum episcopale, sub bapsterio antiquae formae octogonae (vide infra). Denuo prodiit a. 1871 in pariete canonicae, ubi latuerat sub tectorio.

sex. ma[re] ELIO · SEX · F · PO*i*  
uica RIONI · FILIO*qui vix*  
anno S · XVII  
egnat VLEIAE · C · F · IN  
5 MATRI-EIVS  
sex. ma[re] LIVS · VICARIVS *pater*  
T · F · *i*

Misit Iohannes Masserano ex oppido Mondovi-Breo et scriptam et a se editam in ephemeride nescio qua. Refert etiam Bruzza Verc. p. 113 n. 65, item opinor a Masserano acceptam. Addit Masseranus eiusdem tituli mentionem fieri in adnotatione adiecta ad carmina quaedam (mihi non visa) impressa Biellae a. 1804 in typographia Lud. Cajani ad celebrandam aedis cathedralis Biellensis instauracionem, ubi haec leguntur: ‘chiaro lo dimostra l'elegante lapide sepolcrale de' Melii dissotterrata l'anno 1791 nel centro dell' edifizio per essi fatto costrurre a Sesto Melio Vicario, sotto la quale sonosi scoperte le ossa del famoso Sesto Melio e del giovine suo figlio e della consorte Egantuleja (e ciò nell' occasione che Mons. Viancini fece più sotto edificare il cenotafio pei vescovi), la quale si conserva nel museo Gromiano. Qui vidi eo tempore utrum lapidem pleniorum offenderit an nomina temere supplerit, nescio; magis credo illud verum esse.

**6776a** Biellae in fundamentis cathedralis ecclesiae rep. a. 1872.

hic requiescit IN SOMNO PA  
cis bone memo RIE PR N ALBINVS QVI  
RECESSIT SVB DIE  
IND IIII

Bruzza Verc. p. 345 n. 145.

## LXXVI. EPOREDIA (*Ivrea*). Tribu Pollia.

In codice omnium, qui harum partium titulos exhibent, vetustissimo saeculi XI PALATINO 833, de quo supra p. 617 diximus, f. 53' reperiuntur *epyt. ciu. Iureiae*; quamquam ea praescriptio non satis constat utrum pertineat ad solum titulum qui proximus est n. 6817 an perveniat etiam ad tres qui sequuntur n. 6811. 6808. 6777, quorum primo et secundo praescribitur *epyt.* tantum, tertio ne hoc quidem; nos in re incerta his quoque locum dedimus inter Eporedienses. Contra duo epigrammata his subiecta *epitaph.* in porticu S. Petri incipiens *sis licet* (Grut. 1070, 3) et in altare S. Leonis primi apostol. incipiens *huius apostolici* (Grut. 1070, 4) post tempus adscripta in foliis primum vacuis relictis urbana sunt. — Inter autores qui vixerunt post renatas litteras primus est *Anonymous* is qui saec. XVI ‘de Eporedia’ scripsit (cod. bibl. reg. Taurin. n. 681), titulos Eporedienses habens duos tantum, sed alterum (n. 6778) alibi nusquam relatum, alterum (n. 6795) ante Pingonii aetatem Eporedia auctum Taurinos. — Secuti sunt saec. eodem XVI PINGONIUS, qui unum solum lapidem (n. 6793) ex eo oppido rettulit, et *Anonymous* quidam inter Gazzariana et Bagnoliana, qui videntur adscendere ad eandem aetatem; deinde saec. XVIII RICOLVI, BAGNOLO, DE LEVIS, de quibus dicemus ad Taurinensis. Sub finem eiusdem saeculi comes PERRONE in splendidis, quos tum in eo oppido sibi fecit, hortis aediculae ibi ad id ipsum paratae parietibus inseruit lapides scriptos complures, quorum partem explicavit VERNAZZA in commentario scripto a. 1788 *spiegazione di alcuni antichi monumenti del Conte Perrone* (cod. univ. Taur. P. IV. 7), partem item affert eiusdem aetatis auctor BENVENUTIUS, cuius chronica scripta mihi exhibuit episcopus Ludovicus Moreno. Tituli Perronianiani extant adhuc in iisdem hortis, qui hodie sunt Giusianeae praefecti militum, neque aucti, quod sciām, nec diminuti. De origine titulorum eorum quamquam accurata indicatione destituiuntur (nam Vernazza neque omnes lapides affert

neque omnibus originem adscripsit), cum complures ibi sint, quos constat ex ipso oppido in eos hortos pervenisse, duo autem soli, quorum testatam habeamus originem alienam, nempe n. 6829. 6831 advectos ex vicina Augusta Praetoria, reliquos retinimus inter Eporedienses. Ab hoc museo potissimum profectus GAZZERA in commentario *del ponderario e delle antiche lapide Eporediesi* (1854) inserto volumini 14 ordinis secundi actorum académie Taurinensis titulos huius oppidi eo tempore notos compositus nec diligenter nec perite. — Nostra aetate qui prodierunt tituli cum Eporediae tum in agro Eporedensi, diligentissime collecti ab eruditissimo et humanissimo episcopo Ludovico Moreno servantur in episcopio, ubi eos contuli post Bruzzam et Detlefseum.

Eporedia (ita perscriptum est et in aliis titulis infra citatis et in laterculis Kellermannianis 99, 1, 17. 101, 1, 6 et supra n. 6771), adhuc retinens nomen antiquum corruptum in *Ivrea* nominata inde, Plinius (h. n. 3, 17, 123) inquit, quod *eporedias Galli bonos equorum domitores vocant*, olim Salassorum fuit (Plin. l. c.; Ptolem. 3, 1, 34); nam errore opinor in Bagiennis eam collocat Velleius 1, 15. Salassos Gallicae stirpis fuisse constat (v. praesertim Obsequentis locum allatum p. 751 not.), nec dissentit Cato (apud Plinium h. n. 3, 20, 134) Tauriscae genti eos attribuens, nam Taurisorum vocabulo eum Gallos montanos omnes complexum esse infra videbimus, ubi dicetur de Taurinis. Salassi, quorum fuit universa vallis Duriae Bautiae (Ravennas 4, 36) sive Dorae Balteae ab Eporedia ad Alpem Graiam, cum magnas divitias sibi pararent ex aurifodinis ad Duriam amnem late patentibus, Romani occasione arrepta controversiarum ob aquas arvis subiectis inde imminutas inter Salassos Libicosque ortarum (cf. etiam Plinius h. n. 18, 20, 182) duce Ap. Claudio cos. a. u. c. 611 eos devicerunt (Liv. ep. 53; Obseq. 21; Oros. 5, 4; Dio fr. 74, 1; Strab. 4, 6, 7 p. 205) aurariasque illas suas fecerunt ( $\tau\omega\pi\chi\rho\sigma\tau\alpha\mu\pi\gamma\lambda\omega\pi$ )